

Verba Erithee phetonisse excerta de libro qui dicitur Basilografus, quem Erithea Babillonica tempore Priami ad petitionem edidit¹.

Exquiritis a me², o illustrissima turba Danaum, quatinus Graios³ eventus Frigiasque ruinas in scriptis referam, quidve proli Laomedontis⁴ nobilissime, quid Dyoneo⁵ duci nobilissimo⁶, quid⁷ iuvence litigii, quid Teucricis⁸ edibus predestinatum sit; non obmittimus⁹ et, quid post Ylion¹⁰ pulverem orbi¹¹ yrcorumque¹² gradibus generosis¹³, quidque ex Frigiis fiat reliquiis; sciscitatis¹⁴ autem¹⁵ ocium puellare¹⁶, ut extra petitiones solitas summa dimensio requiratur. Itaque contemplatione in altissimo prehabita respondemus¹⁷.

Sudoris opus aggredimini, o Danay, sollicitudinis et cruoris, quousque decem pedes expliciantur¹⁸, non sine magno labore, non sine sanguinis effusione, non sine calliditate et versutia plurima subvertatur¹⁹ Troia Ylionque²⁰ pereat, Laumedontis²¹ proenies evanescat, preda²² redeat ad Atridem²³. Meonidesque²⁴ vates mendacia scribet²⁵. Eritque gloria Danaum perfusis²⁶ lateribus in robore fortiori, quousque²⁷ pedes tres²⁸ sexque digiti mensurentur.

1) Statt dieser Ueberschrift hat P: 'Incipit vaticinium Sibille Erithee prophetisse'. 2) 'ma' V. 3) 'Grayos' P. 4) 'leodonte' mit übergeschriebener Glosse 'Priami' V. 5) 'ianeos' mit Gl. 'Eneae' V; in P Gl. übergeschrieben 'id est Paridi'. 6) 'politissimo' P wohl aus der ersten Redaction der Sibylle. 7) 'quodque' V. 8) 'teutricis' P; 'tëucrisis' V. 9) 'omittamus etiam' wie die erste Redaction P. 10) 'yleō', darüber Gl. ['id est in arce?'] Troie V. 11) 'orbi' fehlt hier P. 12) 'yrcorum' P. 13) In P folgt aus der ersten Redaction der Sibylle: 'orbique proveniat, quidve ex Frigiis fiat reliquiis, ut futuris temporibus cautum existat. Delphos siquidem Pelidem Calcamque transmittitis, opus humanum consulitis, fictilem deum exquiritis. Nunquid ex ipso ineffabilis sententia cognoscetur? Nunc vero'. 14) 'sciscitatis' V; 'sollicitatis' P wie der ursprüngliche Text. 15) 'autem' fehlt P. 16) 'puellarum' V. 17) 'respondeamus' P. 18) 'explicentur' P. 19) 'subvertetur' V. 20) 'yleonque' V. 21) 'laodomētatis', unter 'do' Punkt und 'do' hinter 'm' übergeschrieben V; 'laomedontis progenies' P. 22) 'predaque' P. 23) P setzt aus der ersten Fassung der Sibylle hinzu: 'Precedet siquidem sanguinis effusio inestimabilis Danaumque exinanitio, Frigiorum audacia, donec dolor impudicus Pelidem urgeat, duos leones Laomedontes fortissimos virtute prosternat; fietque Frigiis animorum debilitatio, donec virginalis concupiscentia Eacidem afficiat et enervet. Sed hircorum calliditas convalescet, Frigiumque gloria subvertetur'. 24) Gl. in P: 'id est Homerus'; 'Meonitesque' V. 25) 'scribit' V. 26) 'effusis' P wie die erste Redaction. 27) P setzt hinzu wohl aus der ersten Fassung der Sibylle: 'Dioneum ducem profugum C bis'. Jene hat 'post Dion. d. prof. ducenti'. Vgl. oben S. 325, N. 1. 28) 'tres pedes' P, wo 'pertranseant' aus erster Redaction hinzugefügt ist.